N. 3046.

CURENDA XVIII.

A. D. 1868.

Nr. praes. 75.

Allocutio Summi Pontificis de 22. Junii 1868.

Sanctissimus Pater Pius IX. in Consistorio Cardinalium secreto die 22 Junii 1868. sequentem tenuit allocutionem:

Venerabilis Fratres! Nunquam certe fore putavissemus, Venerabiles Fratres, ut post Conventionem a Nobis cum Austriae Imperatore et Rege Apostolico, bonis omnibus exultantibus, tredecim fere abhinc annis initam cogeremur hodierno die gravissimas deplorare aerumnas, et calamitates, quibus inimicorum hominum opera nunc in Austriaco Imperio catholica Ecclesia miserandum in modum affligitur ac divexatur. Siquidem divinae nostrae religionis hostes non destiterunt omnia conari, ut eandem Conventionem destruerent, et maximas Ecclesiae, Nobis, et Apostolicae huic Sedi inferrent injurias. Etenim die vicesima prima mensis Decembris superiori anno infanda sane ab Austriaco Gubernio veluti Status fundamentum lata lex est, quae in omnibus Imperii regionibus etiam catholicae religioni unice addictis valere, et vigere omnino debet. Hac lege omnis omnium opinionum, et librariae artis libertas, omnis tum fidei, tum conscientiae, ac doctrinae libertas statuitur, et civibus cujusque cultus facultas tribuitur excitandi educationis, doctrinaequae instituta, et omnes cujusque generis religiosae Societates aequiparantur, et a Statu recognoscuntur.

Equidem ubi primum id dolenter agnovimus, Nostram vocem statim attollere optavissemus, sed longanimitate utentes tunc silendum censuimus, ea praesertim spe sustentati fore, ut Austriacum Gubernium justissimis Venerabilium Fratrum Sacrorum in Austria Antistitum expostulationibus dociles praebens aures vellet saniorem induere mentem, et meliora suscipere consilia. Sed inanes Nostrae fuere spes. Namque idem Gubernium die vicesima quinta Maji hoc anno aliam edidit legem, quae omnes illius Imperii populos etiam catholicos obligat, et jubet, filios ex mixtis conjugiis natos sequi debere patris religionem, si masculi sint, si vero feminae, religionem matris, et septennio minores debere parentum a recta fide defectionem sectari. Insuper eadem lege plane omnis deletur vis promissionum, quas merito, atque optimo jure catholica Ecclesia omnino exigit, ac praescribit, antequam mixta contrahantur matrimonia, et ipsa apostasia tum a catholica, tum a christiana religione ad civile jus elevatur, et omnis Ecclesiae auctoritas in sacra coemeteria de medio tollitur, et catholici coguntur humare in suis coemeteriis haereticorum cadavera, quando iidem haeretici propria non habeant.

Ipsum praeterea Gubernium eadem die vicesima quinta Maji hujus anni non dubitavit de Matrimonio quoque legem promulgare, qua leges ad commemoratae Nostrae Conventionis normam editas plane abolevit, et in pristinum vigorem restituit veteres Austriacas leges, Ecclesiae legibus vehementer adversas, et matrimonium etiam, uti dicunt, civile omnino improbandum, asseruit, confirmavit, quando cujusque cultus auctoritas deneget matrimonii celebrationem ob causam, quae nec valida, nec legalis a civili auctoritate recognoscatur. Atque hac lege Gubernium idem omnem Ecclesiae auctoritatem, et jurisdictionem circa matrimoniales causas, omniaque tribunalia de medio sustulit.

Legem quoque de scholis promulgavit, qua omnis Ecclesiae vis destruitur, ac decernitur, supremam omnem literarum, disciplinarumque institutionem, et in scholis inspectionem, ac vigilantiam ad Statum pertinere, ac statuitur, ut religiosa dumtaxat institutio in popularibus scholis a cujusque cultus auctoritate dirigatur, utque variae cujusque religionis Societates aperire possint peculiares, et proprias scholas pro juventute, quae illam credendi normam profitetur, utque ejusmodi quoque scholae supremae Status inspectioni subjiciantur, ac doctrinae libri ab auctoritate civili approbentur, iis tantum libris exceptis, qui religiosae institutioni inservire debent, quique ab auctoritate cujusque cultus approbandi sunt.

Videtis profecto, Venerabiles Fratres, quam vehementer reprobandae et damnandae sint ejusmodi abominabiles leges ab Austriaco Gubernio latae, quæ catholicae Ecclesiae doctrinae, ejusque venerandis juribus, auctoritati, divinaeque constitutioni, ac Nostrae et Apostolicae hujus Sedis potestati, et memoratae Nostrae Conventioni, ac vel ipsi naturali juri vel maxime adversantur. Nos igitur pro omnium Ecclesiarum sollicitudine Nobis ab ipso Christo Domino commissa Apostolicam vocem in amplissimo hoc vestro consessu attollimus, et commemoratas leges, ac omnia, et singula, quae sive in his, sive aliis in rebus ad Ecclesiae jus pertinentibus ab Austriaco Gubernio seu ab inferioribus quibusque Magistratibus decreta, gesta, et quomodolibet attentata sunt, Auctoritate Nostra Apostolica reprobamus, damnamus, et decreta ipsa cum omnibus inde consecutis eadem Auctoritate Nostra irrita prorsus, nulliusque roboris fuisse, ac fore declaramus. Ipsos autem illorum auctores, qui se catholicos esse praesertim gloriantur, quique memoratas leges, acta vel proponere, vel condere, vel approbare, et exequi non dubitarunt, obtestamur, et obsecramus, ut meminerint Censurarum, poenarumque spiritualium, quas Apostolicae Constitutiones, et Oecumenicorum Conciliorum decreta contra invasores jurium Ecclesiae ipso facto incurrendas infligunt.

Interim vero summopere in Domino gratulamur, meritasque tribuimus laudes Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis Austriaci Imperii, qui episcopali robore tum voce, tum scriptis Ecclesiae causam, et praedictam Nostram Conventionem impavide tueri, ac defendere, et gregem officii sui admonere non destiterunt. Atque vel maxime optamus, ut Venerabiles Fratres Hungariae Archiepiscopi, et Episcopi egregia eorum Collegarum exempla imitantes, velint pari studio et alacritate omnem in Ecclesiae juribus tutandis, et in eadem Conventione propugnanda impendere operam.

In tantis autem, quibus Ecclesia luctuosissimis hisce temporibus ubique affligitur, calamitatibus, non desinamus, Venerabiles Fratres, ardentiori usque studio in humilitate cordis

nostri Deum exorare, ut omnipotenti sua virtute velit nefaria omnia suorum, et Ecclesiae suae sanctae inimicorum consilia disperdere, impiosque eorum conatus reprimere, impetus frangere, et illos ad justitiae, salutisque semitas sua miseratione reducere.

N. praes. 75.

Concilium oecumenicum a S. Sede Apostolica pro anno sequente 1869. indicitur.

Sanctissimi Domini Nostri Pii divina providentia Papae IX. allocutio habita in Consistorio secreto die 22. Junii 1868. Romae 1868.

Venerabiles Fratres! Notum Vobis est, Venerabiles Fratres, Nos jamdiu exoptare Oecumenicum omnium catholici orbis Sacrorum Antistitum celebrare Concilium, ut vestris et illorum consiliis, laboribusque adjuti, ea statuere possimus, quæ in hac potissimum tanta temporum asperitate ad majorem Ecclesiae utilitatem quovis modo pertinent. Nunc autem Vobis nuntiamus, opportunum Nos existimare, ejusmodi Generale Concilium futuro anno millesimo octingentesimo sexagesimo nono in Vaticana Basilica habere, illudque die 8. mensis Decembris Immaculatae Deiparae Virginis Mariae Conceptioni sacro incipere. Quocirca Apostolicas Nostras de tanti momenti negotio Litteras a pluribus e vestris Collegis jam recognitas die vicesima nona hujus mensis ex more vulgare censemus. Itaque placetne Vobis, ut ejusmodi generale Concilium a Nobis commemorato anno indicatur, et praedictae Apostolicae Nostrae Litterae enunciato die publicentur?

Postquam omnes responderunt — PLACET — Summus Pontifex prosequutus est.

Summa certe jucunditate afficimur, Venerabiles Fratres, cum videamus vestras sententias unanimi consensione Nostris respondere votis. Interea vero non desistamus levare oculos nostros ad Dominum Deum nostrum, et incessater invocare Sanctum Divinum Spiritum, qui verus est sapientiae fons, ut mentes nostras claritatis suae lumine illustret, utque videre possimus quid in hoc Concilio agere, quidve sancire debeamus.

Tarnoviae 3. Augusti 1868.

N. praes. 99.

Sua Excellentia Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Marianus Antonius Falcinelli Archiepiscopus Atheniensis et Nuncius Apostolicus Vindobonensis, specialem Epistolam ad Nos dirigere dignatus est, qua Nobis et universo Clero dioecesano gratum animum pandit ex occasione sui itineris mense elapso (Julio 1868) per provinciam istam, pro exhibitis sibi urbanitatis et benevolentiae testimoniis, et simul eo magis pro manifestatis Beatissimo Patri reverentiae et obedientiae affectibus.

Tenor istius epistolae sequitur:

„Ilme et Rme Domine. Quamvis valetudinis causa Viennam nondum reversus,

non possum tamen diutius differre gratiarum actiones quas Dominationi Vae Illmae et Rmae debeo pro tantis mihi primum Galitiam visitanti exhibitis urbanitatis et benevolentiae testimoniis. Quae quidem mihi eo magis accepta fuerunt, quod perspexerim, quanta in eis Sanctae Sedi Apostolicae ac Beatissimo Patri ostenderetur reverentia et affectus; et quomodo Clerus, populusque fidelis idem cum suo Pastore sentiret atque significaret, ita ut merito dici possit, ibi festum Sanctae Unionis populi, Cleri et Episcopi cum supremo Capite Ecclesiae fuisse splendide celebratum. Ut sanctae hujus unionis martyrem gloriosum per solemnes triduanas preces una cum propriis ejus concivibus ego humiliter venerarer, in Galitiam me contuli. Valde autem gavisus sum, quod ibi non solum ejus cultores, sed multos invenerim aemulatores. Maneat semper constans haec unio beata, quam Sanctus Josaphat suo sanguine asseruit, eam magis magisque obstringat vinculum fraternitatis, et pulcherimam linguarum et rituum varietatem una tantum fides, una tantum charitas complectatur! Hoc est votum, quod ego prae caeteris apud Deum foveo. Hoc expleto, magnum erit in Galitia rei catholicae emolumentum; et tantum hoc expleto, ego videbor aliqua ratione grati animi debitum persolvisse, quod mihi erga istas catholicas regiones solvendum est. Nullimode dubito, quin Dominatio Va Illma et Rma meis precibus suo zelo ac pastorali sollicitudine praesto sit, et Sancti Josaphat apud Deum intercessio divinae gratiae abundantiam pro hoc salutari concordia consequatur.

Hac suavissime spe fretus peculiaris existimationis, observantiae et gratissimi animi sensus profiteor Dominationis Vae Illmae et Rmae

Viennae die 18. Augusti 1868. Uti Frater adictissimus

M. Archiep. Athen. Nuntius Apost.

N. 2579.

1) Dispositio ministerialis intuitu ludorum publicorum.

Reichs-Gesetz-Blatt

XXXIX. Stück ex 1868.

98.

Verordnung des Ministeriums für Landesvertheidigung und öffentliche Sicherheit, des Ministeriums für Cultus und Unterricht und des Ministeriums des Innern vom 15. Juli 1868,

betreffend die Änderung des Verbotes von öffentlichen Bällen oder anderen öffentlichen Belustigungen an bestimmten Tagen.

Die bestehenden Vorschriften über das Verbot öffentlicher Belustigungen an bestimmten Tagen, werden dahin abgeändert, daß künftighin an jenen Tagen, an welchen Theater-Vorstellungen gar nicht, oder nur mit besonderer Bewilligung gestattet sind (Ministerial-Verordnung vom 1. Juli 1868, Reichs-Gesetz-Blatt N. 81) (Cur. XVI. et XVII. ex 1868 pag. 136) öffen-

tliche Bälle nicht abgehalten werden dürfen. Andere öffentliche Belustigungen, wie Concerte oder andere Musik- Productionen, Schaustellungen u. dgl. dürfen an den letzten drei Tagen der Charwoche und am 24. Dezember nicht stattfinden.

Taffe m. p. **Hasner** m. p. **Giskra** m. p.

---

2) Innovatio tituli c. r. praefectorum districtuum, et ipsorum districtuum, pro notitia et directione in negotiis officiosis; amodo enim tituli „Bezirkshauptmannschaft“ et respective „Bezirkshauptmann“ erunt adhibendi.

Reichs-Gesetz-Blatt

Stück XLI. ex 1868.

102.

Verordnung des Ministers des Innern vom 10. Juli 1868,

die Durchführung des Gesetzes vom 19. Mai 1868. (Reichs-Gesetz-Blatt Nr. 44.) über die Einrichtung der politischen Verwaltungsbehörden in Galizien, Salzburg und Krain betreffend.

Seine k. k. Apostolische Majestät haben mit Allerhöchster Entschließung vom 8. Juli d. J. allergnädigst anzuordnen geruht, daß die in dem Königreiche Galizien und Lodomerien mit dem Herzogthümern Auschwitz und Zator und dem Großherzogthume Krakau, dann in den Herzogthümern Salzburg und Krain, zufolge der Verordnungen des Staatsministeriums vom 23. Jänner 1867 (Reichs-Gesetz-Blatt Nr. 17), von 15. Jänner 1867 (Reichs-Gesetz-Blatt Nr. 13) und vom 3. Februar 1867 (Reichs-Gesetz-Blatt Nr. 22) als politische Verwaltungsbehörden erster Instanz bestellten Bezirksämter nach Maßgabe des §. 11. des Gesetzes vom 19. Mai d. J. (Reichs-Gesetz-Blatt Nr. 44) die Benennung: „Bezirkshauptmannschaften“, und die an die Spitze dieser Behörden gestellten Bezirksvorsteher, in sofern denselben nicht systemmäßig ein höherer Dienstcharakter zukommt, den Titel: „Bezirkshauptmann“ anzunehmen und zu führen haben.

Die mit den vorbezogenen Verordnungen und mit der weiteren Verordnung des Staatsministeriums vom 5. März 1867 (Reichs-Gesetz-Blatt Nr. 43) kundgemachte Bezirkseintheilung der genannte Länder wird auf Grund des §. 10 des Gesetzes vom 19. Mai d. J. auch weiterhin aufrecht erhalten.

Die Besetzung von Dienstposten in Gemäßheit des Gesetzes vom 19. Mai d. J. hat nach Maßgabe eintretender Erledigungen zu erfolgen. **Giskra** m. p.

Tarnoviae die 10. Augusti 1868.

N. 2572.

Invitatur Venerabilis Clerus dioecesanus ad comparandum sibi opus historico polemicum, cujus titulus „Katholische Stimmen aus Oesterreich“ et quod periodice secundum fasciculos et tomos distinctum typis divulgatur per typographum Carolum Sartori Vindobonae.

Utilitas istius operis clarius innotescet ex adnexo mox infra argumento tomi I. et II.

Inhalt des I. Bandes der katholischen Stimmen aus Oesterreich.

I. Zeitgemäße Betrachtungen von Graf Blome. Dritte Auflage. Preis 3 Ngr.—20 Nkr.

II. Die sociale Gefahr der Arbeiterfrage und die Möglichkeit deren Abwendung. Von Bernhard Ritter von Meyer, k. k. Ministerialrath a. D. Zweite Auflage. Preis 5 Ngr. — 25 Nkr.

III. Die katholischen Stimmen des österreichischen Herrenhauses. Reden, gehalten in der Ehegesetz-Debatte am 19., 20. und 21. März 1868. Preis 10 Ngr. — 50 Nkr.

IV. Die katholischen Stimmen des österreichischen Herrenhauses. Reden, gehalten in der Schulgesetz-Debatte am 30. März 1868. Preis 5 Ngr—25 Nkr.

V. Die Priester-Verfolgung in Tirol von 1806 bis 1809. Von Professor Dr. Albert Jäger. — Dritte Auflage. Preis 5 Ngr. — 20 Nkr.

VI. Johannes Ronge in Wien, oder: Der sogenannte Deutsch-Katholicismus. — 3. Auflage. Von Professor Dr. Alban Stolz. Beleuchtet von Dr. J. M. Häusle. Preis 2 Ngr. — 10 Nkr.

VII. Ronge u. Forstner in Wien! oder: Der neue Kometstern mit seinem Schweif. 3. Auflage. Von Professor Dr. Alban Stolz. Preis 2 Ngr. — 10 Nkr.

VIII. Bischof Dr. Feßler von St. Pölten und die neue Aera. Preis 2 Ngr.— 10 Nkr.

IX. Minister Giskra und der Seckauer Clerus. Preis 2 Ngr. — 10 Nkr.

X. Minister Giskra und der oberösterreichische Clerus. Preis 4 Nkr. — 20 Nkr.

Preis aller 10 Hefte (I. Band) Rthlr. 1. 10 = fl. 2. —

Bei Baareinsendung des obigen Betrages wird der I. Band ohne Preiserhöhung franco in die ganze österreichische Monarchie und in alle deutschen Staaten versandt.

Da das 1. und 2. Heft des II. Bandes: I. Die Lohnbedienten der öffentlichen Meinung. Ein Beitrag zur kirchenfeindlichen Journalistik von Albert Wiesinger,

II. Die katholische Ehe und Schule von Kardinal Rauscher bereits erschienen ist, kann auf den ganzen II. Band circa 10 Hefte — gegen 30 Druckbogen — mit Rthlr. 1.10 = fl. 2. — schon jetzt pränumerirt werden, und erhalten die verehrlichen Abonnenten jedes Heft sogleich nach Erscheinen franco unter Kreuzband zugesandt.

Tarnoviae die 18. Aprilis 1886.

N. 2652.

Missionarius ex Alsleben in Dioecesi Paderbornensi.

Supplex Nobis est factus, quatenus collectam in dioecesi Nostra permitteremus in rem aedificandae ibidem summopere necessariae Ecclesiae et scholae catholicae.

Precibus his deferentes, V. Clerum dioecesis Nostrae hisce in Domino salutamus ac petimus, quatenus et pro hoc oratore pecuniunculam quampiam in sua parochia colligere adlaboret, et collectam via Officii Decanalis ad Nos devenire faciat.

Tarnoviae die 20. Aug. 1868.

L. 1325.

Dokończenie WYKAZU sprawionych rzeczy w Dekanacie Skawińskim — z Kurendy XVII.

(mianowicie z Zebrzydowic.)

B) Wykaz rzeczy od pobożnych parafian do kościoła sprawionych: WP. Wojciech de Radwan Brandys kolator,sprawił ornat biały za 30 złr.—WP. Józefa de Radwan Brandys kolatorka sprawiła obrus przed wielki ołtarz i komże 14 złr. — W P. Maryanna de Radwan Brandys kolatorka sprawiła poduszkę pod mszał 6 złr. — Franciszek Reziński z Kalwaryi sprawił obrus przed wielki ołtarz 6 złr.— Franciszek Rezinski z Kalwaryi sprawił dwa małe lichtarze 1 złr. — Józef Pacułt z Stanisławia dolnego sprawił pacifikał 16 złr. — Ignacy Złumał z Kalwaryi sprawił przedkłał do ołtarza ś. Michała 10 złr. — Anna Opyschał z Zebrzydowic sprawiła dwie chorągwie 60 złr. — Jan Łęczyński z Kalwaryi sprawił chorągiew 20 złr. — Jan Opyschał z Kalwaryi sprawił chorągiew 20 złr. — na kapę białego koloru parafianie złożyli 40 złr. — Jan Łęczyński i Jan Kowalski boydwaj z Kalwaryi sprawili trybularz 10 złr. — Magdalena Radek z Kalwaryi sprawiła albę muślinową 6 złr. — Wiktorya Smolik z Kalwaryi sprawiła kitajkę pod tuwalnię 4 złr. — Ludwina Sowińska z Kalwaryi sprawiła albę 25 złr. — za staraniem byłego JX. Wikarego Jana Babicza parafianie odzłocili wielki ołtarz 400 złr. — Jakób i Zofia Opyschał niemniéj Michał Tatko z małżonką swoją Anną wszyscy z Stanisławia dolnego sprawili nowe cimborium przed wielki ołtarz 130 złr. — dwa lichtarze bakfonowe małe do cimborium sprawił Jan Łęczyński z Kalwaryi 2 złr. — obraz nowy Zwiastowania N. M. P. przed wielki ołtarz sprawili bracia Kalwaryjscy Janowie Łęczyńscy 40 złr. — obraz nowy przed P. Jezusa sprawiła Franciszka Radek z Kalwaryi 18 złr.— Jan i Józef Gramatyka z Kalwaryi dali na odzłocenie kielichów 8 złr.— na wyzłocenie kielichów Zofia Opyschał z Satnisławia dolnego dała 4 złr. — Franciszek Rezinski z Kalwaryi przed ołtarz ś. Michała sprawił 6 lichtarzy 30 złr. — za staraniem JX. Macieja Foxa Wikarego Zofia Opyschał z Stanisławia dolnego ołtarz Pana Jezusa dała odzłocić 180 złr. — za staraniem JX. Macieja Foxa Wikarego parafianie odzłocili ołtarz ś. Michała 180 złr. — za staraniem JX. Macieja Foxa Wikarego, Jan i Wiktoryja Gramatyka z Kalwaryi odzłocili ołtarz ś. Jana Nepomucyna 60 złr. — za staraniem JX. Maja Foxa Wikarego parafianie odzłocili ołtarz ś. Marcina 180 złr. — za staraniem JX. Macieja Foxa Wikarego sprawili parafianie 12 lichtarzy srébra chińskiego przed wielki ołtarz 246 złr.—6 lichtarzy drewnianych dał politerować Jan Kowalski z Kalwaryi a to przed ołtarz ś. Jana Nepomucyna 12 złr. — 6 lichtarzy dała osrebrzyć Zofia Opyschał z Stanisławia dolnego 24 złr. — za staraniem JX. Macieja Foxa Wikarego parafianie z srébra chińskiego sprawili lampę przed wielki ołtarz 45 złr. — pająk wielki sprawił Paweł Szczur z Bugaja 53 złr. — pasek do dzwonka przy zakrystyi ozdobnéj roboty sprawiła WP. Apollonia Górska córka WP. c. k. adjunkta powiatowego 15 złr. — kielich ostatnią składką parafian z kupą nową chińskiego

srebra odnowiony 20 złr. — stacye drogi krzyżowéj P. Jezusa sprawił Michał Tatko z Stanisławia dolnego 130 złr. — obrus na wielki ołtarz sprawiła M. Moskalina 12 złr. — ze składki dobrowolnéj sprawiono obrus biały za 52 złr. — razem: 2109 złr.

C) Wykaz konkurencyi obok reparacyi kościoła i budynków gospodarczych urzędownie obliczonéj: — pierwsza konkurencya uczyniła 1796 złr. 59 kr. z tego kościół nowo pobity i wybielony, plebania gontami pokrytą, jednę piwnicę zreperowano, na owczarni w folwarku i stodole nowe dachy dano, daléj wystawiono na nowo szpiklérz z piwnicą, wozownie i stajnie dla koni, do téj konkurencyi JX. Pleban jeszcze wpływał w kwocie 90 złr. 45 kr. daléj prócz urzędownego kosztorysu tenże JX. Pleban jeszcze dodał 80 złr. nierachując bezprzestankowe roboty pomocnéj tak końmi jako i ludźmi pieszemi — druga konkurencya uczyniła 718 złr. 49 kr. z téj konkurencyi wystawiono nowy folwark dla czeladzi w Zebrzydowicach, i wyreparowano wikaryjkę, na co JX. Pleban dopłacił 128 złr. 53 kr. przy téj drugiéj fabryce, miejscowy dusz pastérz, nad urzędowny kosztorys uiścił kwotę pieniężną 60 złr. — trzecia konkurencya była urzędownie obrachowana 90 złr. 90 kr. z tego organistówkę wyreparowano, na co JX Pleban dał 15 złr. — Razem: 2750 złr. 68 cnt. w. a.

D) Wykaz różnych wydatków przy budynkach gospodarczych przez JX. Plebana Józefa Foxa w Zebrzydowicach uiszczonych: — karczma nowo wystawiona według detasakcyi 300 złr. — reparacya wikaryjki i organistówki na początku nastania 8 złr. — rózne inne drobniejsze reparacye, plantowanie ogrodu i t. d. — na utrzymanie budynków gospodarczych od roku 1863 wydano 111 złr. 22 kr. — razem 583 złr. 57 kr.

E) Wykaz różnych ekspensów przy folwarku Skoczeńskim przez JX. Józefa Foxa Plebana Zebrzydowskiego różnemi czasami uiszczonych — na korzyść budynków gospodarczych JX. Pleban wydał 357 złr. — na wykupienie dziesięciny JX. Pleban dał 13 złr. 40 kr. — konkurencya do kościoła Lenieckiego uczyniła 126 złr. 60 kr. — razem: 597 złr.

Niech pełność błogosławieństwa Bożego spływa na wszystkich Dobroczyńców, którym Kościoły i Plebanie Dekanatu Skawińskiego wymienione tyle zawdzięczają, oraz niech przykład hojności téj pobudza innych do podobnéj... a My Dobroczyńcom zasełamy tymczasem błogosławieństwo Nasze.

E Consistorio Episcopali,

Josephus Alojsius,

Tarnoviae die 25. Augusti 1868.

Episcopus Tarnoviensis.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviae, Impensis Consistorii, typis Anastasii Rusinowski, 1868.